Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26140
Copyright: Admont, Benediktinerstift

sideraſ in contumelia tanto audentiꝰ quanto & deſperatius
erumpat. Sequitur: Sed & illo adhuc loquente uenit alius &
dicit: Chaldei fecerunt tres turmas & inuaſerunt camelos & tulerunt
eos nec non & pueros percuſſerunt gladio & effugi ego ſolus ut
nuntiarem tibi. Ecce iterum ne quid minus de humana aduerſita
te doluiſſe. Chaldeorum turmas irruiſſe denuntiat & ne illum min
deſup uenens aduerſitas feriat iterata iam iniuria demonſtrat.
Nam ſequitur: Loquebatur ille & ecce alius intrauit & dixit: Fili
i tui & filiae ueſtrae & bibentes uinum in domo fratriſ ſui primo
genito repente uentus uehemens irruit a regione deſerti & con
cuſſit quattuor angulos domus quae corruens oppreſſit liberos
tuos & mortui ſunt & effugi ego ſolus ut nuntiarem tibi. Qui uno
uulnere non proſternitur. idcirco bis terque percutitur ut uſque ad
intima quandoque feriatur. Nuntiata itaque fuerat aduerſitas de
ſabaeis. Nuntiata diuina animaduerſio per ignem de celo. Nuntia
ta ab hominibus iterum camelorum raptus cedeſque puerorum & di
uine indignationis ira repetitur. dum uentus irruens concuſſiſſe
domus angulos atque contriuiſſe liberos indicatur. Quia enim
notum eſt quod abſque ſupno nutu moueri elementa non poſſunt.
latenter infertur. qd ipſe contra illum elementa mouerit qui
moueri permiſit. quia uiſ ſatan ſemel accepta a domino poteſtate
ad uſum nequitiae aliae elementa concutere prualeat. nec moue
re debeat. ſi ſi per deſummiſ pectiuſ turbare inuentos aerem
potuit. Cum nimirum conſtet qa a damnatis in metallo ad
uſum aqua & ignis ſerunt. Quaeſitum eſt quid ut nuntiarem mala
queſitum ut multa. queſitum ut ſubita. ſed cum priuſ aduerſa
nuntiant tranquillo adhuc pectori quaſi ſanis membris
uulnus influxit. Cum uero percuſſum cor feriendo repetit. ut ad
impatientiae uerba compelleret. ſup uulnera uulnus irro
gant. Intuendum uero. quam callide curant hoſtis antiquus.